

**In quod** Dicitur hic qd si non licet alicui dimittere subditos suos sine causa probabili: multo minus licet viro uxorem suam dimittere sine causa. Nam et si lex humana permittat: lex tamen divina hoc prohibet: cui obsequitur lex humana.

**Hystoria** Dicitur hic qd si uxor a viro spoliata ab eodem de adulterio accusaretur: preceptum est ab impatore ut primo restituat quod rindeat obiectum: quod si hoc obtinet in secularibus: magis debet hoc in ecclesiasticis obtinere.

**Siue de iungu** Dicitur hic qd siue cathoberges super federe in matrimonium agitur: siue a lothario accusetur de adulterio: primo theberga sue patris et suis sanguineis est restituenda. et locus securus est assignandus: ubi testes possint sine difficultate produci: et causa sine formidine ventilari. In hoc. §. I. quibus causa videatur exposita. §. e. seculares. ubi dicitur. a ut illicita etc. **Casum.** §. per te vide repoteris.

**Interfectores** Dicitur hic qd si vir uxorem sine iudicis auctoritate occiderit et maxime innocentem pro homicidio peniteat: et nunquam matrimonium contrahat nisi iuxta indulgentiam beati leonis fuerit adolescens. Et nota quod vacat hic a contrario sensu. unde super plebi ubi dicitur. Cum non addis. In maxime. **Que sequuntur plana sunt usque ad ca. admonere.**

**Admonere** Sic ponitur hunc casum. Iste astulphus uxorem suam interfecit: et post mortem eius eam de adulterio accusabat: volens filios quos ex illa habuerat ostendere esse adulteros: et ita indignos successionem patris et ad hanc accusationem inducebat unum solum testem homicidam et adulterum. Primo ergo papa redarguit eum de morte uxoris. Postea notat eum de tribus. scilicet quia post mortem eius illam accusabat. et quod per unum cum testem. et quia per reprobum et criminiosum. Postea ostendit ei quam penitentiam debeat agere. et ponit in eius optione an in monasterio vel extra velit agere penitentiam. **¶ Do.**

.i. spoliator. quod spoliasti eos matre

**Si quod verius** Beneneus. sic breuiter ponit hunc casum. Non licet viro uxorem adulteram occidere: nec etiam ita dimittere quod aliam viua ea supducatur. sed si alter se vult facere: potius sua viua aliam ducat quam suam occidat. **¶ Sequens.** §. p. 3. et ad id quod in fine. §. dicitur inducit. c. sequens.

**Placuit** Dicitur hic qd si uxores clericorum peccauerint: eas non occidant: sed eas custodiant. nec de cetero habeant licentiam peccandi macerando eas verberibus et fame: sed non usque ad mortem. Cum eis autem non comedant: nisi prius vere peniteant. **¶ Sequens.** §. p. 3. ad quem inducit sequens. c.

**Hoc ipsum** Peccator post septem annos penitentiam ad pristinum statum restituit hoc non ex carnali arbitrio: sed ex diuina sententia sancti patris sanxerunt. quod probatur exemplo sororis aaron: que propter murmuracionem quam fecit aduersus moysen eiecta fuit extra castra septem diebus ut mundaretur. per quod notatur quod septem annis debet aliquis penitere antequam in statum pristinum reuertatur. In secunda parte dicitur: quod cum in gestis scilicet diuersa inueniatur sententia vel opinio: illius sententia teneatur: cuius antiquior et potior extat auctoritas. **¶ Secunda pars incipit ibi. In fine autem eple.**

**Hoc aut quamquam** Dicit gratianus quod licet videatur dictum quod sacerdotes specialiter debeant facere septem annorum penitentiam: hoc tamen generaliter ad omnes extenditur: ut probatur exemplo dauid: qui ad imitationem dominice sententie de adulterio et homicidio septem diebus penituit. unde postea ecclesia habuit in usu ut pro mortali peccato septem annorum penitentia fieret: nisi enormitas delicti vel dignitas maior fieri exigat. **¶ In sequenti autem.** §. dicit quod penitentes matrimonia contrahere prohibentur. et ad hoc inducit sequens causa. **¶ De dominice sententie. De maria scilicet. ut supra ca. proximo.**